



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 484. De tradita ecclesia in Boda intra pagum Agrotingun, atque de bonis, ad eam spectantibus, quæ sita erant in villis Hwenni, Bernsium, Bernsiun, Helerithi, Boclithi et Hallithi intra pagum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

## §. 483.


uolmar tradidit pro se et filio suo uolmaro II mansoſ in *uicib-  
ke* (e) et quidquid posſedit in *pepenghus* (f) culta et inculta in pratis filiis aquis aquarumq; decursibus cum mancipiis utriusq; lexus remisitq; *beneficium* Deutma-  
omne quod habuit de ecclia nostra.

## §. 484.

Anno incarnationis dominice MXXXVII indictione V.  
ūenl. abb. D. ecclesiam quandam in *boda* (g) cum omnibus ad se pertinentibus a domino cui hereditario iure proueniebat obtinuit nomine reginholdo insuper et pres biterum ipsius ecclie nomine adimannus quam eccliam dodo (h) ue-

(e) Villa *Wicbeke* erat, Sarachone abbatte teste, sita in pago *Logne*. Eadem ergo villa nera-De villa  
eft, de qua egimus supra §. 451. *Wicbeke*  
in pago Logne.

(f) Villa *Pepenghus* tribuitur ab abbatte Sarachone pago *Ruricgao*, quem circa impe- De villa  
rialē abbatiā Werden ad flumen dictum *die Rur*, et in aliqua parte comitatus Pepeng-  
Marcani, olim exstisit, iam supra §. 178. significauimus. Intelligimus autem de- bus in  
signari per eandem villam *Pepenghus* vicum *Pepinchusen* in comitatu Marcano pago  
vnū milliare, et quod excurrit, diseretur ab urbe imperiali Tremonia seu *Ruric-  
gao*. Dortmund. Hic situs locorum, quorum alter in pago *Logne*, atque alter in pa-  
go *Ruricgao*, tam longe disiunctis, exstisit, et in quibus unus dominus bona he-  
reditaria posſedit, nos diu vexauit. Si nostrum *Volcmarum* coniungere licet cum  
familia Brunoniana, facile posset ostendi, quomodo bona, in pago *Ruricgao* sita,  
in manus eius peruerteret. Cum enim illustrissimus Saxonie dux, Eberetus, in  
pago *Dreini*, qui pago *Ruricgao* est contiguus, bona quædam posſederit, perhi-  
bere possemus, eadem haec bona in *Pepenghus Volcmarum* acquisitiſſe hereditario  
iure. Sed villa *Wicbeke*, in pago *Logne* sita, obſtare videtur, quo minus *Volc-  
marum* ad stirpem Brunonianam referre queamus. E situ enim huius villa iam  
supra §. 104. not. (1) ſufpicati sumus, eundem *Volcmarum* spectante ad Northei-  
menſem gentem, eiusque patrem fuſſe *Bernonem* seu Bernhardum, comitem palati-  
num Saxonie. Hunc autem nodum poſſumus ſolueri, ſi statuimus, *Fribburgam* vxo-  
rem comitis palatinii *Bernardi* fuſſe stirpis Brunonianæ. Cuiusnam vero filia fuerit  
ea, an *Luidolfi IV*, an eius fratri *Brunonis*, id in obſcuro later. Quodsi autem  
ſumimus, *Fribburgam* fuſſe filiam *Luidolfi IV*, frater eius fuit *Bruno*, maritus  
*Frederuni*, fororis regina *Mabtilde*. *Berno* ergo ac *Sifridus* cognati erant caſa-  
rum Saxoniorum, vt ex ſchemate genealogico adiecto clarius patet. Atque  
haec cognatio probabiliter in cauſa erat, vt *Berno* a caſare palatinatu Saxonie no-  
stra donaretur. En ſeriem genealogicam.



(g) Tandem aggredimur ultimum penſum noſtrarum traditionum, in quo quædam De villa  
ſunt per vetuſatem detrita. Diploma enim Dodoni episcopi Oſnabrugensis *Boda*  
non eſt amplius integrum. Ut autem quædam ad explicandum locum noſtrum in pago  
facientia, addamus, e Sarachonis Registro memoramus, villam *Boda* fuſſe in pa-  
go *Agrotinum* ſitam, quam, ſi aliquid coniectando aſequi poſſumus, eſſe puta-  
mus vicum, poſtea dictum *Bidem* et hodie *Bipen* seu *Bippen*, in episcopatu Oſ-  
nabrugensi in praefectura Furſenau poſitum, cuius insignis parochia collatio vſ-  
que in hodiernum diem ſpectat ad principem Corbeiensem.

(h) Inter episcopos Oſnabrugenses fuere duo *Dodones*. Primus obiit, teste Erdwino De Do-  
Erdmanno in *Cron. Oſnab.* T. II. Meib. p. 203. anno 938, naeſtus ſucessorem Dro-  
gonem, *nabrug.*


Ab anno nerabilis ep̄ps Osnabrugensis sicut supposito littere continent dedicauit. No-  
1014 vñ tum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris qualiter dodo uenerāl.  
que 1037 ep̄ps Osnabrugēn. ecclie ob amorem domini nřc ihū Xpi et sc̄i petri benedi-  
regnante Chonra- cebat eccliam in boda in assumptione sc̄e marie semper uirginis in libertate  
do II. istis locis ad illam pertinentibus (i) huuenni bernsum item  
et gubernante Corbe- bernsum apulderium derigun item derigun heleribi boelthi hallibi tekt-  
iam Drutmz. lingi stauerreuar blaresbutkun . . . . .  
ro. cetera desunt.

De villis  
quibus-  
dam in  
diuersis  
pagis.

gonem, cuius nomen in diplomatis occurrit ad annos 950, 952, 962, 965. Dragonem esse mortuum anno 969, idem Erdmannus refert l.c. Huic Dragoni suc-  
cessit in pontificali sede Osnabrugensi Luidolfus, consanguineus cesaris Ottonis,  
qui vitam cum morte commutauit anno 983, eodem Erdmanno teste p. 204.  
Eo cœlitibus adscripto, Osnabrugensem ecclesiam obtinuit Dudo II, qui anno 996.  
2 id. Aprilis in domino obdormiuit, vt quoque Erdmannus l.c. refatur. An  
Dodo I, an II, in traditione nostra intelligatur designari, non satis est extra dubitationis aleam collocatum.

(i) Loca, in quibus bona quædam ad ecclesiam, in Boda sitam, spectabant, ab abbe nostro Sarachone collocantur sequentem in modum. Hueni erat in pago Agrotingun. Subest vicus Wahn, in inferiori episcopatu Monasteriensis tractu si-  
tus. Bernsum et Bernsum referuntur ad pagum Agrotingun. Designari videntur Borsen in inferiori episcopatu Monasteriensi. Apulderium erat in pago Enterigawi. Designatur Abbottberen in praefectura Ehrenburg in comitatu Hojano, ni locus antiquus Apelderum seu Apelern denotetur in Comitatu Schaumburgico, cuius memi-  
nerunt diplomaticæ nobis Lammespringensis, seculo XII et XIII exarata. Derigun et Derigun loca referebantur ad pagum Leri. Incurrit in animum similitudo nominis cum vico Daren in inferiori episcopatu Monasteriensi. Heleribi, Boelthi atque Hallibi spectabant ad pagum Agrotingun. Videntur subesse Heren, Bockel et Holte, in eodem inferiori episcopatu Monasteriensi sita. Teblingi villa, qua erat in pago Enterigawi sita, esse videtur vel Deblinghusen in praefectura Steigerberg, vel Dilte in praefectura Stoltzenau in comitatu Hojano. Staverrevar villam memorat Saracho quidem, sed non indicat, quoniam in pago eadem extiterit. In medio ergo relinquere debemus situm loci, dubii, an designatus sit locus Stavaron, olim in pago Grindirige et in comitatu Magni ducis situs, vel Stoveren, in episcopatu positus Osnabrugensi, Tom. II. S. R. G. Meibomii p. 211. vel Stavern in Frisia occidental, vel alia villa, iam pridem desolata. Fortasse illa æque sita erat in pago Enterigawi, vt Teblingi et Blaresbutun, quam ultimam probabiliter esse putamus vicum Labre in principatu Mindensi. Hunc situm locorum si nobis ante oculos ponimus, statuere debemus, Reginboldum, qui in his villis, per pagos diuersos sitis, bona sua, quæ hereditario obtinuit iure, donauit, magnarum diui-  
tarum vitum fatisque potenter dominum fuisse. Probabilissimum ergo esse cen-  
semus, eundem Reginboldum fuisse illum, qui supra §. 454 appellatur Renoldus et filius Gherberti, qui bona quædam in pago Enterigawi sita tradiebat ecclesia Cor-  
beieni. Autorem et conditorem generis comitutum de Hoja illum fuisse, arbitra-  
ri liberet, dummodo comprobare possemus, eundem fuisse vxori iunctum. Cum autem id fieri adhuc nequeat, Reginboldum noster probabiliter videtur frater fuisse Brunonis, Bernhardi et Bardonis, cuius ultimi vxor erat Oda. De hisce plura di-  
stuti sumus in clientela Corbeieni. Gherbertum, patrem Reginboldi, fatorem fuisse  
comitutum de Hoja, approbant nobis eius bona, comprobant Bardonis nepos et  
pronepos eodem nomine insigniti. Bardonis posteros adduximus supra (§. 392),  
quo Lectorem benevolum delegamus. Iam riuos nostros claudimus, torque  
operi addimus diploma quædam, ex originum litteris accurate descripta, qui-  
bus abbatiæ nostra Corbeieni bona, a viris nobilissimis haſtenuſ tradita, a sum-  
mis pontificibus atque imperatoribus confirmantur, et dicta nostra nec non  
loca ipsa, quorum mentio passim fuit iniecta, illustrantur.

S. D. G.



Venit

I. C. H.

\*\*\*

**V**enit ex pago Nifin ad Multam *Vredeber* apud Corbeiam nostram anno 1069, miles admodum strenuus, ibi ab hostibus expulsus, magnitudinem corporis habens ut gigas. Is in bello Saxonico ecclesiam nostram acriter et sepe defendit. Galea, quam capiti imponebat, erat instar late rotundi aheni. Inde dictus fuit *Ketelboot*. Tradidit ille mansos suos in villis pagi Nifin ecclesie nostrae et in feodo accepit mansos sex ville Brungerinchusen, hodie dñe Brokhusen. Filius suus unus eos habuit porro. Nomen ei Gerhardus. Nicolaus alter filius abiit et bellauit ad Rhenum, multos mansos apud Scheim per vxorem Hildegardem hereditans et ibi manens. Georgius, patri equiuocus, cum Ordulfo Due iuit aduersus Sclauos maris septentrionalis accolias. Mercede laboris ibi accepit pedium *Ketelbodesdorp* iuxta Veterowe. Unus Georgii patris frater mansit in pago Nifin et in feodo accepit, que frater ecclesie nostrae obtulerat.

Addemus commemorationem copiosiorem ex scriptis recentioribus ad gentem Ketelhodianam illustrandam.

Quanta generis Ketelhotiani sit vetustas, ex notitia in medium adlata intelligitur. Videntur aliqui, ex ea gente exorti, se de *Pileis* cognominasse. Floruit certe saeculo XIV Nicolaus de Pileis, Episcopus Verdensis, cuius imagini hi versiculi fuerunt adscripti:

*Ille vir insignis, quo vix prudentior alter,  
Præfuit huic sedi, culture reddidit agros,  
Collegit nummos et prædia multa redemit,  
Pacificus, moriens multum dat fratribus auri.*

Progenies Mansfeldensis intercidit et extincta fuit a. 1738, in *Hedersleuen* intra Comitatum Mansfeldensem commorata. Progenies Mecklenburgica viger in unico *Chusitano Ulrico*, dynasta de Cambis et Lichstedt dicto, nato a. 1701, Rudolfstadii in Thuringia consiliario aulico, regiminis, et ecclesiastico, et tandem Principis Serenissimi 1749 Viccancellario. Ex hac progenie nonnulli gloria meritorum in Dania Saeculo XIV effloruerunt. Consiliarium enim regni Danie egit Matthias circa annos 1360 - 1365. *Gerhardus Ketelbot*, miles, qui Matthias videtur fuisse filius, subscriptus a) Constitutione sancite de coniuio corporis Christi in Lalandia a. 1388. Quorsum referendus sit *Dominicus Ketelbod*, qui Sterinenibus ciuibus in gratiam Stargardenium denuntiavit b) hostilia, adhuc ignoro. Videtur is certe e Mecklenburgica progenie prognatus. In terris rhenanis floruerunt Saeculo XV *Kesselbuti de Scheim*. Deprehendimus eos inter c) vasallos Hanouio - Münzenbergicos. *Wilhelmus Kesselbut de Scheim*, Vicecomes Ringauia, anno 1345 datum fuit d) fideiussor Henrico, Domino in Saltra, siquidem hic Archiepiscopo Moguntino oppidum Saltra vendiderat. *Iohannes Kesselbut de Scheim* constitutus est 1426 praefectus violentiarum e), expensis 1000 florensis, addito redemtoris pacto. *Wilhelmus Kesselbut de Scheim* fuit praefectus violentiarum 1461 Kirchdorffii Moguntinus, anno autem 1471 praefectus violentiarum et aduocatus fuit Cassellis. Fuit ei vxor *Catharina f).* *Wendelinus Kesselbut de Scheim* creature praefectus violentiarum

Uuu u 3

a) Pontoppidanus' *Annal. eccl. Danice diplomatis*, P. II. p. 234.

d) De Gudenus Vol. I. Cod. diplomat. *Moguntia mat.* p. 962.

b) Frideb. *Chron. Stetin.* L. I. p. 97.

e) Idem Vol. II. p. 502.

c) Io. Georg. Eistor in *Annenprobe* p. 394.

f) Idem Vol. II. p. 503.

rum seu Walpodius Moguntiae a. 1492 g). *Adamus Kesselbut de Scheim* paulo post eodem munere ibi functus est. Dimisit illud a. 1497, suscepitus h) in Archiepiscopi Electoris ministerialem. An superfint ex hac progenie viri ad Rhenum Moguntinum, resuscitere nondum licuit. De progenie Mansfeldica exposuerunt *Valentinus König* i), *Ioh. Henricus de Falckenstein* k), *Ioh. Fridericus Gauhe* l), et ante hos *Spangenbergius* m). Progeniem Meclenburgiacam illustrarunt *Matthias Iohannes a Bähr* n), et *Hans Henricus Clüver* o). Insigne gentilitium non fuit ab omni vicissitudine liberum, licet id, quod caput est et summa, perpetuo persistit. Ineunte Seculo XIV p) scutum Ketelhodianum heraldicum idque argenteum exhibuit tres galeolas (casquettes). Seculo illo medio q) aream scuti ornarunt argenteam tres mitrae nigrae orientales. Vsum hisce in hanc usque diem fuisse, non est r) obscurum. Kesselhutiana progenies Mansfeldica supra galeam via fuit tribus paonum pennis. Progenies Meclenburgica, quae adhuc late se effert flore, hoc virtutis insigni. Scutum eorum offert visentibus virum dimidiatum, cui infima desunt, nigra orientali mitra induitum, nigro vestitu eximum, brachio castrum, mystace magno insignem. Galea scuto imposita est aperta, coronata, et adnexa dependentibus inde nigris argenteisque galeae tegumentis. Arma haec gentilitia significant, viros generosissimos, de Ketelhodt appellatos, inter Nobiles nominis et armorum s) esse referendos. Benjamin Schmidt t) capropter cecinit de hisce insignibus haud incomposite:


Sein Wappen zeigt ein Feld gedritter Eisenbüte,  
die man der Bildung nach in Kesselformen sieht:  
Sie dienten bey der Koft und wiesen ihre Güte,  
Im Fall der tapfre Muht in einen Sturm geriet;  
Das Wappen läßt die Welt den theuren Namen kennen,  
Und beyde lebren uns des Adels Alteribum.  
Denn wo sich Stamm und Bild mit gleichen Sylben nennen,  
Da blühet auch zugleich der Zeiten grauer Ruhm.

Gerhardus Ketelhodt, expeditionis cruciatæ pars et quidem quartæ in Palæstinam susceptæ, videtur in Palæstina Mauros nonnullos profligasse vel trucidasse ac mitras orientales nigras u) pro more tunc usitato x) insignibus suis suorumque successorum inseruisse. Nomen vero genti non inhaesit ab insignibus, sed insignia a Gerardo, galea amplissima induito, olim originem ceperunt. Prædia auta fuerunt generosissimis Ketelhotiis in pago Nisini ac Comitatu Mansfeldico, in Principatu Corbeiensi, ad Moguntiam ac Rhenum, et in Ducatu Meclenburgi regionibus. De ultimis iam dicemus pauca. *Ketelhodtesdorp*, in Ducatu Megalopolitano situs locus, prædium fuit eorum antiquissimum, finitimum oppido Feterow, ac in præsens adpellari solitum *Kotel*. Tenet illud iam gens generosa, de Oldenburg cognominata. Temuerunt ibi quondam Ketelhodti maximam oppidi Feterow partem, sed quoque prædia *Raden*, *Wattmannshagen*, *Hermannshagen*, *Warnekenhagen*, *Lesien*, *Alversdorf* et *Harmsdorf*, nec non *Campfe* et partem *Carbovia* bonorum. Duæ possessiones postremæ sunt adhuc in directione

- g) Idem l. c.
- h) Idem l. c.
- i) *Adelbsistorie* P. III, p. 225, f.
- k) *Töringische Chronicke* L. II, P. II, p. 1375, f.  
*Analemma Thuring. Nordgau.* Nachlese IX, XI, XII.
- l) In *Adels Lexico* in voce *Ketelhodt*.
- m) *Mannfeld. Chronic.* c. 354. p. 411. *Adels-Spiegel* P. I, L. I, c. 18. p. 116.
- n) *De rebus Meclenburg.* VIII, 14. p. 1623 et in *Indice conciso familiarum Nobilium Ducat. Megapol.* n. 71. p. 26.
- o) *Beschreibung des Herzogthums Meclenburg* P. I. p. 621.
- p) *Ioach. de Westphalen Monument. ined. rerum Germanic.* Tom. IV, p. 1260, Tab. XIX. n. 28.
- q) *Ibid. Tab. XIX. n. 47.*
- r) König l. c.
- s) *Cel. Cramer de Iuribus et Prerogatiis Nobilitatis austri* c. I. §. 6. not. c. p. 20.
- t) *Gedächtnis* p. 560.
- u) *Io. H. de Falckenstein* l. c.
- x) *Cramer l. c. c. 5. not. f. n. p. 362. 369, f.*

tione Viri Perill. Christiani Ulrici de Ketelhodt. Subest huic præterea prædium equestris Lichsted, cui innexum est censuum haud parum ex distracto prædio equestris Volksted. Dabimus partem genealogia, ex tabulariis, præcipue Swerinensi et Islebiensi, ac fide dignis commemorationibus desumtam, quæ ad III. Vicecancellarium procurrit. Non dubitamus, quin gentis Kesselhut de Scheim series genealogica successu temporis perinde in lucem fit proditura. Nobis certe haud constat, an ea ad ætatem nostram persliterit nec ne. Memoratur centurio, *Hovetman*, ordinis Mariani Teutonici, quem virum Conradus de Iocke, magister ordinis ensiferorum, a. 1307 sibi contra Russos auxilio missum admodum inuenit fortè et probatum. Vocatur ille centurio nude Ketelhodt y). Rem ipsam adtingit z) Petrus de Dusburg, nomen vero Ketelhodtii omittit; significans tamen, milites ordinis Teutonici multos paulo ante aduenisse in Prussiam ex terris rhenanis. Inter primos reformatores euangelicos eminuit Strahlsunde *Christianus Ketelhodt*, quem posteritas dignum iudicavit, cuius memoriam secularem a) ipsa celebraret. Rostochii inter academias ciues receptus fuit 1509, 20. Iul. *Ioachimus Ketelhodt de Stolpe*. In litteris feudalibus ad a. 1603 memoratur *Stephanus Ketelhodt*, e terris ortus Cellensis Saxoniae inferioris. Anno 1606 in senatu Camini causam suam egerunt contra reos *Balthasar et Martinus Ketelhodt*, accusatores. M. Iohannes Kesselhud, Rector scholæ Brunswicensis, versiculis græcis concinnauit γαλεωμαχιαν. Videntur hi postremi nobiles animo et virtute fuisse, haud quaquam generi equestri. Quæ genealogicam fundunt seriem, ea sic concinnata exhibebimus:

TAB. I.  
N. de Ketelhodt.



y) Balthasar Russow in *Liefländischer Chronic*, p. 31.

z) *Cron. Pruss.* P. III. c. 289.

a) *Acta historico-ecclesiæ, IV P. Beyträge* p. 610, sqq.

TAB. II.

## TRADITION. CORBEIENS.

## TAB. II.

Georgius in Cambis † 1570.  
vx. Elisabeth de Linftow.

Georgius in Tete- row † 1479.	Ioachimus in Campfe. vx. Polita de Grabow.	Gerhardus, in Cambis et Car- boy, † 1612. vx. Dorothea de Wildberg 1591. † 1637. Regiomonti.	Hans. vx. Cathari- na de Swerin.	Henricus in Teterow, n. 1553. † 1631. vx. Margareta de Basse- witz 1604.
--	---	---	---	---

Georg n. 1593. † 1688. Regis Suec. centu- rio secundar. vx 1) Eva de Barold 1652 † 1638. 2) An- na Maria de Horn 1640 † 1689.	Daniel Lütke, Ludeco, Ioa- n. 1599. in Cambis, n. 1602. chim Wenz- hel. vx. Hedewig de n. low n. n. Rohr, f. magiftri 1604. 1606. 1610. equ. Brand.	Haffo & Wil- helm. Haffo - Got- orp. † Parif. Iochimus,ma- gister stabuli
--	---	---

Gerhardus Fridericus, n. 1643. ducal. Brunfui. Luneb. centu- rio secundar. ad Treviros in prelio occisus.	Gustavus Ioachimus in Cambis n. 1654 † 1732. magister supr. stab. Ducis Meclenburgo Gustrou. vx. Anna Catharina de Hunemörder 1689 † 1736.	Gustavus Ioachi- mus n. et † 1708.
--	--	---------------------------------------

Gustavus Carolus n. 1699 † 1702.	Christianus Ulricus, Dominus Cambis et Lichitedi, n. 1701. Vicecancellarius et Praefes Confistorii Rudolfstad. 1750. Vx. Maria Catharina de Beulwiz 1729.	Gustavus Ioachi- mus n. et † 1708.
-------------------------------------	--	---------------------------------------

Frid. August. Ioh. Georg n. 1734 † 1735. n. 1736 † 1738.	Carolus Ludeucus Ernestus Ioh. Frid. Gerh. n. 1739. n. 1741. n. 1744 n. 1738.	Christina Sophia, Wilhel- mina, Henri- etta.
---	---	--

